

ad monachalem vitam et ibidem orans au-
diuit. **A**rseni fuge. tace. quiesce. Legitur
ibidem de hac quiete appetenda quod cum tres
fratres monachi sancti fuissent. unus ele-
git discordantes ad pacem reducere. **S**ecun-
dus infirmos visitare. **T**ercius in solitudi-
ne quiescere. **P**rimus ergo laborans pro-
pter lites hominum non poterat omnino placere
et tedio victus venit ad secundum quem inuen-
nit animo deficientem et mandatum perficere non
valentem. **E**t concordantes ad tertium qui erat
in solitudine venerunt. **C**ui cum tribulatio des-
suas narrassent ille missa aqua in cypho di-
xit. **A**tten dicit in aqua et erat commota et tur-
bulenta. **E**t rursus dixit. **A**tten dicit modo
quod quieta et limpida facta est. **Q**ui cum in-
ten derent. et vultus suos viderent ait. **S**ic
qui in medio hominum consistit pre turbis non
videt peccata sua. **C**um autem quieverit
tunc peccata sua videre valebit. **Q**uidam
etiam cum inuenisset quendam in heremo ve-
lut bestiam herbam manducantem et nudum
currebat post ipsum fugientem dicit. **E**xpecta
me quia propter deum sequor te. **E**t ille. **E**t
ego propter deum fugio te. **C**um autem vestes
precisisset expectavit eum dicit. **Q**uoniam materia
mundi projecisti a te expectavi te. **C**ui ille.
dic mihi quomodo saluus efficiar. qui respon-
dens ait. **F**uge homines et tace. **M**atrona
quedam nobilis et senex venit ut abbatem **A**r-
senium ex devotione videret. **Q**ui rogatus
a theophilo archiepiscopo ut se videre permit-
teret nullatenus acquieuit. **T**andem illa ad
cellam eius properans. ipsum foris ante ho-
stium celle inuenit et se ad eius pedes pro-
stravit. **I**lle autem cum indignatione numquam
levavit eam dicens. **S**i vis videre faciem
meam vide. illa autem pro confusione et vere-
cundia faciem eius non confiteravit. **C**ui
senex. **N**umquam cum mulier sis tanta naviga-
tionem facere presumpisti. **E**cce enim roma
redibus et quod abbatem **A**rsenium videris aliquid
mulieribus enarrabis et ille similiter veni-
ent ut videant me. **E**t illa. **S**i deo vante
roma rediero nullam huc venire permitto.

Sed saltem obsecro ut oras pro me et mei me-
mor sis. **C**ui ille. **P**ro deum ut valeat me-
moriam tuam de corde meo. **E**t illa audiens
nimium turbata in civitate venit et pro tristitia
febricitare cepit. **Q**uod archiepiscopus audi-
ens ad eam consolandam accessit. **I**lla au-
tem contristata dicebat. **E**cce ego contrista-
ta morior. **C**ui archiepiscopus. **M**elior quia mu-
lier es et inimicus per mulieres sanctos im-
pugnat. **E**t propterea senex hoc dixit. **N**am pro
anima tua semper orat et sic consolatione re-
cepta cum gaudio ad propria remeavit. **D**e
quodam alio patre legitur. quod cum discipu-
lus eius sibi diceret. **S**enuisti abba. **A**cce-
damus patri iuxta mundum. **I**lle ait. **v**bi
non est mulieribi eamus. **D**ixit ei discipu-
lus. **E**t vbi est locus non habens mulierem nisi
forte solitudo. **C**ui ille. **I**n solitudine me
tolle. **A**lius etiam frater cum matrem suam
veniam trans fluvium portare deberet. **I**lle
le manus suas continuo pallio eius involuit.
Cui illa dicebat. **E**t quid sic operuisti
manus tuas. **R**espondit illi. **C**ui ille respondit. **C**or
pro mulieris velut ignis existit. et ex eo quod con-
tingebam aliam mihi feminam memoria in
anima veniebat. **A**rsenius autem per totum tem-
pus vite sue sedens ad opus manuum suarum
pannum habebat in sinu propter lacrimas que cre-
bro de oculis eius currebant totam noctem in
somnia ducebat. **M**ane autem cum propter
nature lassitudinem dormitioni insisteret
vellet. dicebat somno. **V**eni serue male. et
surgerebat parum somni secundo et statim
surgerebat dicit. **S**ufficit monacho si dormierit
vna hora si tamen est pugnator. **C**um patrem
sancti **A**rsenii nobilissimum senatoris vitam finiens
et testamentum faciens magnam hereditatem.
Arsenio dimississet. **O**rgianus predictus testa-
mentum ad eum tenuit. **S**ed ille accipiens scire
voluit. **O**rgianus autem eius pedibus pro-
lustris rogavit ne hoc faceret. quod caput eius
proscinderet. **C**ui arsenius. **P**rius mortuus
sum quam ille. ipse ergo eum modo mortuus sit
quomodo me fecit heredem. **E**t remisit testamentum
vbi recipere volens. **Q**uodam vice facta

D iij